

1709 4^a 42.
21.7

**PRO-RECTORREM
MAGNIFICUM,
PROCERES AMPLISSIMOS,
NEC NON
GENEROSSISSIMOS ATQUE NOBILISSIMOS
HUJUS ACADEMIÆ CIVES
AD
ORATIONEM,
QUA
DIE CRASTINO
H. L. Q. C.
DEMANDATUM SIBI JURA DOCENDI
MUNUS MAJORUM MORE
AUSPICABITUR,
EA, QUA PAR EST, OBSERVANTIA
INVITAT
D. MICH. HENR. GRIBNER.**

PRO-RHETORIEN
MAGNISSIMI
HOCERES ALEXANDRIOS
NEC NON
CENTROSPHERIS ALIAS NORTEISSIMIS
HIC ACADEMIA CLAVIS
AD
ORATIONEM
AUS
DI GESTA
HOC
DE MUNIMENTA LIBRARIAS DOCUMENTARIAS
MUNUS MAGISTERIUM MORS
VESPICANTUR
AUS
DI GESTA
HOC
DE MUNIMENTA LIBRARIAS DOCUMENTARIAS
MUNUS MAGISTERIUM MORS
VESPICANTUR
D. MICHAEL GRIBNER



Uam læta temporibus proximis
Jurisprudentia in singulis , quas
complectitur, partibus incremen-
ta sumserit, quam comtam & ve-
nustam ac diversam prorsus a ru-
ditate barbarieque pristina faciem
omnes Themidos disciplinæ in-
duerint, nemo est, qui paulo pe-
nitius hæc Sacra adiit , ac seculorum præcedentium
scriptores cum recentiorum operibus contulit , quin
intelligat facile lubensque & merito agnoscat. Ex
quo enim, relictis Glossatorum commentis, ac senten-
tiarum communium , & magis communium cumu-
lis, elegantiorum literarum studium, Civilisque pru-
dentiæ principia Juris apicibus jungi cœperunt, illico
præclara ingenia a servili exscribendi alios, antecedentiumque
gregem sequendi cura ad judicii vim acuen-
dam conversa sunt, & in omni Divini & Humani, Pu-
blici privatique juris scientia tam felices fecerunt pro-
gressus, ut, quod de CU JACIO J. GOTHOFRE-
DUS, id de ipsis jure possit affirmari: *Latericiam eos acce-*

A 2

pisse

pissē Jurisprudentiam, argenteam reliquissē. Cujus flor-
ris & felicitatis originem non pauci sunt, qui ad sen-
tiendi scribendique libertatem referant, ac non alia de
causa existiment, aut olim incrementa literarum fuisse
impedita, aut hodie promota & adjuta, quam, quod
illis quidem temporibus Papalis Cleri tyrannide, ac
Doctorum, qui sibi sapientiae monopolium vindica-
bant, impotentia conatus egregii fuerint oppressi ac
suffocati, nunc vero plenissima cuvis statuendi, de-
fendendi, oppugnandi, afferendi negandique libertas
concedatur, quæ non possit non alacria excitare inge-
nia ad nova ac elegantia opera molienda & adornan-
da. Ita ergo existimant, eam demum veram, eam
raram quidem, sed certissimam Reipublicæ ac omni-
um artium esse felicitatem, *si cuvis sentire liceat, quic-
quid velit, & quicquid sentiat, libere ac sine metu profiteri.*
Quibus sicut ego lubenter largior, præclaris cœptis
nihil magis, quam servilis obsequii jugum obesse, &
sublata sentiendi, dissentendique libertate, animum
quasi ac spiritum divinis ingenii adimi ac intercipi:
ita liberrimum quidlibet, quod vel malitia suppeditat,
vel stultitia suggerit, publice profitendi docendive ar-
bitrium, nullis limitibus ad Religionis auctoritatem &
decus Reipublicæ circumscriptum, tantum abest ut aut
ad veram civitatis felicitatem aliquid conferre, aut li-
terarum & Jurisprudentiæ florem promovere credam,
ut potius firmissime sim persuasus, effrenem
quidlibet audendi statuendique licentiam impedire ac
remorari ulteriores sapientiæ progressus, & efficere,
ut egregie cœpta haud absolvantur, præclaris cona-
tibus constantia desit, ac lubrica discentium docenti-
umve

umve ingenia nunc ad hoc nunc ad illud principium
dilabantur, crudaque saepius nec satis exculta dogma-
ta proponantur temere, incautius arripiantur, non
sine summo literarum & Reipublicæ detimento.
Uti enim servile obsequium & cœca aliorum imita-
tio scientiarum augmentis obstat, ita immoderata li-
bertas audaciæ ac impudentiæ robur præstat, uti
barbariem illa, sic hæc confusionem parit, illa ad
adulationem & superstitionem, hæc ad stultam de
omnibus dubitationem, vagamque ac desultoriam
studendi rationem deducit, utraque ingenuis arti-
bus non parum nocet. Atque utinam, ut ad Juris-
prudentiam revertamur, Legum cultoribus ad
veram justitiæ metam strenue contendentibus, non
plus ab intempestiva quidvis afferendi libidine, quam
a barbarie dudum explosa, effet periculi! Utinam
aut nulla, aut rariora saltim apud JCtos extarent
hujus licentiæ vestigia! Nunc quamcunque intue-
aris legitimæ scientiæ partem, habebis equidem, de
quo ob illustrium ingeniorum inventa seculo gra-
tuleris, sed occurrunt etiam pruritus hujus innov-
andi ac quidlibet audendi tam manifesta exempla,
ut nihil fere tam horridum, tam a ratione & genui-
nis Juris principiis sit alienum, quod non ab aliis
haud absque offensione juvenilium animorum ore &
calamo defendatur & afferatur. Eo enim se hæc
extendit scripturientium audacia, ut, dum in nova
semper eorum omni impetu fertur animus, laudi
sibi ducant, a se dissentire ipsis, negare hodie, quod
magno apparatu astruxerant paulo antea, justi & de-
cori, æqui & honesti principia suo arbitrio fingant

atque refingant , non citra satis justam prudentiorum suspicionem , nihil ex animi sententia dici abiis , qui tam saepe , prout occasio fert aut impetus , mutatas induere formas non dubitant. *Legum divinarum* merito prima jurium cultori esse debet cura , qui vix exoptatum studiorum attinget finem , nisi supremi Legislatoris , DEI , jura , quae aut cordibus nostris inscripsit , aut per Divina oracula proposuit , imprimis quatenus ea universum genus humanum tangunt & obstringunt , assidue & diligenter excolat , atque ad hanc normam humanas leges , jura ac consuetudines exigat. Quam Jurisprudentiae partem seculo proximo post illustres Viros , GROTIUM , PUFENDORFFIUM qui non intelligit , uberior & accuratius cultam fuisse , quam olim , cum mira regnaret ubique confusio , ac humani divinique naturalis & positivi juris nullum fere servaretur discrimen , is vere parum sibi elegantissimi hujus ac divinissimi studii capita , doctrinam & fata cognita esse , ostendit. Sed uti hac ex parte singularem agnoscamus temporum nostrorum felicitatem , ita horret animus , quando sibi opinionum proponit monstra , quibus omnia hujus disciplinæ principia subvertuntur & destruuntur. Videas enim alios divinis & naturalibus præceptis legis vim denegare , alios obsequendi libertatem hominibus eripere , qui dum voluntatem , negant , esse spontaneam , quid , quæso , efficiunt , nisi ut obsequium legum naturalium magis fatali alicui contingentia , aut fortuito circumstantiarum concursu & rerum externarum motui adscribant potius quam ,

quam, ut homini hic aliquid imputari, ab eove iustarum & injustarum actionum rationes exigi posse, fateantur? Taceo ridiculas nonnullorum de principio Juris naturae opinones, dubias aliorum de existentia Juris hujus sententias, ac perniciosas & publice noxias de Juribus & Majestate Principum, de Inviolabilitate ac Sanctitate Imperiorum dissertationes, & quæ de Statu naturali gentium inter se bellico, ac Jure invadendi alios, simulac opportuna ex alterius Reipublicæ damno proficiendi appareat occasio, a nonnullis asseruntur, & tanquam Christianis Principibus non indigna ac genuina Juris & Civilis sapientiae principia ex HOBBII scholis adducuntur, imo in sententiam Hobbesianis principiis longe deteriorem detorquentur. Nec minus *publici Juris prudentiae* hæc contigit calamitas, quam ea licentia invasit ista scribentium audax importunitas, ut, cum quondam res periculosisima ac privatorum judicium excedens videretur de rebus, factis ac juribus summorum Principum in ipsorum præjudicium ferre sententias, eo nunc nonnullorum progrediatur impotentia, ut proterve juribus Imperatoris, Electorum ac Principum detrahere, suo arbitrio eorum augere & minuere fastigia, munieris & officii sui esse, existiment. Ridemus Veteres merito, qui ex Legibus Romanis de Jure publico ferebant judicium, ac Justiniane temporis statum infeliciter ad præsentem Germaniae habitum applicabant. Sed nescio, annon justior causa adsit indignandi iis, qui nec ex legibus, nec ex consuetudinibus & observantia Imperii, sed ex potentia & ratio-

ratione status, aut ex odio & affectu controversias decidunt publicas, nec a calumniis, ac manifestis injuriis sibi temperant. Omitterem hæc lubentius, nisi indigna mihi semper res esset visa, ab haud paucis, qui hac tenus Jus publicum docere, aut aliquam ejus particulam explicare, suscepserunt, **POTENTISSIMI AC SERENISSIMI NOSTRI REGIS** juribus, prætensionibus, prærogativis nunc palam, nunc teſto ac disimulato auctorum nomine fæpius factam injuriam, ac summa privilegia & jura *Burggraviatus Magdeburgici, Directorii, Vicariatus & alia Domus Electoralis Saxonicae* Decora temere & proterve fuisse sigillata. Sed alio tempore forte non deerit hæc persequendi occasio. Ad Ecclesiasticam progredior *Jurisprudentiam*, cuius, nemo est qui nesciat, immutatam prorsus esse faciem, ex quo Lux veritatis Cœlestis Pontificiaæ superstitionis tenebras discussit, cum, sublato Papali imperio, sua Principibus & Populo restituta sint jura, ac Ordinationes Ecclesiasticæ non amplius secundum normam constitutionum Pontificiarum, sed Divini verbi & Legislatorum arbitrium componantur. Si quæ supersunt nostri & Pontificii juris convenientiæ, si non omne prorsus jus Canonicum abrogatum & sublatum, liberæ id Imperantium voluntati tribuendum est, quibus in causis ad fidem & religionem non pertinentibus alienas leges recipiendi & confirmandi potestatem omnnes largiuntur. Ast si Censores Jurisprudentiæ nostræ

nostræ audias, tollenda erant dudum omnia Judicia Ecclesiastica, immutandæ Liturgiæ, rejiciendæ, quas Ecclesia celebrat, feriæ , damnanda pœnitentia Ecclesiastica, omittenda sacerdotalis copula &c. Reliquias enim in his Papistæ ubique se deprehendere existimant, qui omne id Pontificium esse censem, quod iis, qui Romanæ Ecclesiæ addicti sunt, cum nostris est commune. Nolo ulterius hic progredi, nullum enim Jurisprudentiæ Ecclesiasticæ caput est, quod non misere habitum, ac duris modis ab iis fit acceptum, qui ubique inveniunt, quod censeant, perstringant, rideant; cum pleraque tamen ex iis, quæ taxant ac improbant, defendi facile aut excusari queant, haud paucæ etiam commendari & laudari debeant. Nec intacta mansit *Privata Jurisprudentia*; Sed universa Civilis Juris scientia, qua criminum atrocitatem & pœnas explicat, qua Jūdicatorum dirigit ordinem, qua circa privata Ci-vium negotia disponit, libidini eorum fuit exposita. Leges fugillare, risui exponere, in ineptam detorquere sententiam, haud pauci deliciarum instar habent, ac nunquam sibi magis placent, quam ubi in JUSTINIANUM aut TRIBONIANUM, imo in Imperatores Augustissimos, in Legislatores Serenissimos, ac Constitutiones saluberrimas omne maledicentiæ virus evomere liceat. Negant leges habere rationes, quas non assequuntur sæpius, negant eas habere usum, quia ipsorum non convenient principiis, ac dum Jus universum juvenuti ridiculum, ineptum, incertum reddunt, sum-

B

mum

mum in Auditorum animis tedium excitant, difficultates, quæ Legum cultoribus occurunt, superandi. Perinde ac si Jura docentis officium foret, non interpretari Leges, sed censere, non usum earum ostendere, sed in dubium vocare, non in rationem earum inquirere, sed eas tanquam sine ratione conditas exagitare, non defendere & excusare Jurisprudentiae nævos, sed detegere alios, plures addere & affingere, non observare ac sequi jus conditum, sed contemnere, &c, quantum in se est, abrogare. Largior ego his Jurium censoribus non omni ex parte perfectam Romanam Jurisprudentialiam, non mordicus defendendam singularum legum rationem: sed hanc veram & genuinam jus docendi esse methodum, si omnem erga leges reverentiam, amorem, aestimationem dissentientium animis excutias, nunquam possum animo meo persuadere. Ac ut ingenue & libere, quod sentio, profirear, non modo in Legislatores & Principes nostros, quorum arbitrio alia jura accepimus, alia mutuati sumus, injuria est haec docendi ratio, sed & Reip. admodum noxia, juventuti vero omnium maxime periculosa. Nolo ego juris interpretem, sine judicio verba crepantem Legum, nolo glossas ac communes opiniones pro veritate, nubem pro Junone, amplectentem: utatur, ut fas est, suo iudicio, modo ne nimium indulget suo ingenio, auctoratatem Principum modeste vereatur, a cavillationibus & ineptiis abstineat, ac interpretem se, non Legislatorem esse, cogitet. Est modus, est finis, sunt termini, intra quos nisi se contineat, qui de legibus

gibus judicandi sibi sumit licentiam, oportet enim
officium juris interpretis temere negligere ac per-
turbare. Sed plenius ea de re differendi occasio-
nem præstabunt *auspicia demandati Jura docendi mu-*
noris, quæ, proximo die Lunæ , Majorum more,
oratione publica *de officio & Prudentia Legum Inter-*
pretis circa ferendum de Legibus, quibus astringitur,
judicium capessere constitui. Vistum enim est Di-
vino Numini, cuius providam erga me curam de-
votissima pietate supplex veneror, ut iubente ita
POTENTISSIMO AC SERENIS-
SIMO DOMINO, DOMINO
FRIDERICO AUGUSTO,
POLONIARUM REGE, SA-
XONIÆ ELECTORE, DOMI-
NO NOSTRO CLEMENTIS-
SIMO, ETR. E TR. prævia Illustris-
Ordinis JCtorum & Senatus Academicorum denomi-
natione & commendatione, Institutiones Justinianae
impostorum mihi publice docendæ & expli-
candæ sint. Sequor nutum Summi rerum omnium
Moderatoris, sequor iussum REGIS ET
DOMINI MEI CLEMENTISSIMI, ac re-
licta patria, in qua haec tenus Legum cupidæ ju-
ventuti sedulam, pro virium tenuitate, navavi o-
peram, injunctum mihi munus gratissima mente
fusco. Hoc ut rite aggrediar proximo quidem

die Jovis, hora pomerid. tertia, Lectiones publicas
exordiar, cuius instituti rationem ex valvis publi-
cis prolixius jam tum exposui, crafstino autem die,
ut dixi, pro felici Professionis hujus auspicio, de
nobilissima officii, quod Jurium Doctori incum-
bit, parte, de prudentia, modestia & officio, circa
Judicium de legibus latis ferendum, verba fa-
ciam. MAGNIFICUM itaque PRORE-
CTOREM, PROCERESQUE ACA-
DEMIÆ HUJUS SPLENDIDISSL
MOS, ac omnes, qui literis bene cupiunt, una
cum NOBILISSIMA ac GENEROSIS-
SIMA JUVENTUTE, ea qua decet, ob-
servantia & humanitate rogo ac obtestor, ut brevi
oratione munus demandatum auspicaturo honorifi-
cam ac exoptatam præsentiam præstare, dicen-
tique aures beneyolas commodare velint, qui in
id omni tempore annitar sedulo, ut cum aliis fa-
cultate & viribus me inferiorem longe deprehen-
dam, voluntate tamen & promititudine singulis in-
serviendi, a nemine me patiar superari.

Dom. III. post Trinit. A. O. R.

M DCCVII.

VITEMBERGÆ,
LITERIS CHRISTIANI GERDESI.

Wittenberg Diss. 1707

Wittenberg Diss. 1707

ULB Halle
003 588 122



3

f

g.

vDn8

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

Farbkarte #13

1709 4a 42.
PROCERES AMPLISSIMOS,
NEC NON
GENEROSISSIMOS ATQUE NOBILISSIMOS
HUJUS ACADEMIÆ CIVES
AD
ORATIONEM,
QUA
DIE CRASTINO
H. L. Q. C.
DEMANDATUM SIBI JURA DOCENDI
MUNUS MAJORUM MORE
AUSPICABITUR,
EA, QUA PAR EST, OBSERVANTIA
INVITAT
D. MICH. HENR. GRIBNER.